

SCRIPTA

Numéro Scripta : 4020

Auteur(s) : Philippe II Auguste, France (roi)

Bénéficiaire(s) : Mériel, Notre-Dame du Val (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1204

Lieu d'émission : Fontainebleau

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Philippe [II], roi de France, confirme, en faveur des frères de Notre-Dame du Val, les rentes de sel concédées par le comte Gautier Giffard et Henri [II] roi d'Angleterre et les franchises concédée par Richard [Ier], roi d'Angleterre.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 1077, p. 286.

b. Brunel Clovis, Delaborde Henri-François, Monicat Jacques, Petit-Dutaillis Charles, *Recueil des actes de Philippe Auguste, roi de France*, t. 2, années du règne XVI à XXVII (1er novembre 1194-31 octobre 1206), Paris, Imprimerie nationale (Chartes et diplômes relatifs à l'histoire de France ; 6), 1943, n° 823, p. 398-399.

Dissertation critique

1204 [juillet ?] : datation proposée par DELABORDE/BRUNEL et al., *Recueil des actes de Philippe Auguste*, t. 2, n° 824, p. 400.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Philippus, Dei gratia, Francorum rex. Noverint universi, presentes pariter et futuri, quod nos duas pensas salis, quas Galterus comes Gifart dedit ecclesie Sancte Marie de Valle et fratribus Cisterciensis ordinis ibidem Deo servientibus, capiendas singulis annis apud Lorum in pago Calci, infra quindecim dies ante festum beati Johannis Baptiste vel proximo sequentes, et terciam pensam salis, quam Henricus, quondam rex Anglie, eidem contulit ecclesie, in eodem loco et eodem termino capiendam, et pietatis intuitu, salvo jure nostro, confirmamus. Ea insuper que Ricardus, quondam rex Anglie, eidem dedit ecclesie, videlicet quod ipsi et res et servientes eorum commensales quieti sint de theloneo, passagio et pontagio et pedagio et de modiatione vini et de passagio et herbagio animalium suorum per forestas de Lions et de Bord, et de omnibus rebus quas emerint vel vendiderint vel deportari fecerint, in omni loco potestatis sue, per terram et per aquam, ad proprios usus suos, eidem ecclesie concedimus, salvo jure nostro, et confirmamus. Et volumus quod super hiis omnibus dicta ecclesia sit in eadem tenetura et saisina in qua erat temporibus predictorum regum Henrici et Ricardi. Precipimus autem ballivis et prepositis nostris ut predictos fratres et jura omnia ad ipsos pertinentia manuteneant, et inhibemus, super forifectura decem librarum nobis reddendarum, ne quis eos vel res vel servientes eorum commensales in aliquo vexet aut disturbet, et ne ponantur in placitum de aliquo nisi coram nobis vel coram capitali justicia nostra.

Quod ut perpetuum robur obtineat, sigilli nostri auctoritate et regii nominis karactere inferius annotato presentem paginam confirmamus. Actum apud Fontem Blaaudi, anno ab Incarnatione Domini M° CC° quarto, regni nostri anno vicesimo quinto, astantibus in palacio nostro quorum nomina supposita sunt et signa : dapifero nullo ; signum Guidonis buticularii ; signum Mathei camerarii ; signum Droconis constabularii. [Data] vacante cancellaria.